



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De inductione. Capvt LVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*Rom. 2. de
bet.*
tim omnes facilius ducamus exemplis, quām
verbis, quibus ad incitamenta virtutis addun-
tur stimuli non mediocres.

*Ezechi. viii.
Ex. 44.*
Quemadmodum enim, vt ait D. Hieron. si
qui laborant oculis, spongias, ac vestium cy-
aneo colore pannos tenentes, frequenter in ea
intrucantur; ex eo colore nonnullum capiunt
moihi leuamen: sic qui hominis clementissi-
mi, & humanissimi imaginem p̄e oculis
habeas, & in hac assidue oculos desfigas,
etiam si milles abundet ira mentis oculum
perturbans, ad hoc virtutis exemplar respi-
cens, perfectam consequeris sanitatem, pu-
ramque animi Philosophiam, ac tranquillita-
tem.

Ex quo profectō appetat exempla magni-
esse estimanda.

Colliguntur autem, vel à pari, vel à ma-
iori ad minus, vel quod frequentissimum
est, à minori ad maius. A parisi vīsus est Se-
necca.

*Tertul. in
Apoll. 1. 11.*
Bona mens omnibus pater: omnes ad hoc
sumus nobiles. Nec reiicit quenquam Philo-
sophia, nec eligit omnibus lucet. Patricius
Socrates non fuit: Cleanthes aquam tra-
xit, & rigando hortulo locauit manus. Pla-
tonem non accepit nobilem Philosophiam, sed
fecit. Quid est, quare despereste posse fie-
ri parem? Omnes si maiores tui sunt, si
te illis geris dignum. Item. Ceterū si prop-
terea Liber Deus, quod vitam demonstra-
vit, malè cum Euclido actum est, qui pri-
mus Cerasa ex Ponto Italia promulgavit, qui
non est propterea consecratus, vt nouæ frugis
auctor, quia inuentor, & ostensor.

Pergit, & infectatur Ethnicos, qui non in
pari honore cura Diis posuerint, qui nequa-
quam factis erant inferiores. Quid ergo
damnatur, quorum Collegas adoratis? quot
potiores viros apud inferos reliquistis? Ali-
quem ex sapientia Socratem, de iustitia Ari-
stidem, de militia Themistoclem, de sublimi-
tate Alexandri, de felicitate Polycratem, de
copia Crœsi, de eloquentia Demosthenem.
Quis ex illis Diis vestris grauior, & sapien-
tior Catone iustior, & militarior Scipione?
quis sublimior Pompeio felicior Sylla? copi-
osior Crasso? eloquentior Tullio? Ad summu-
concludit, æquè Deos illos, ac cæteros afflu-
mendos.

Ducuntur à maiori, cùm ostendimus, aut
licet nobis parua, cùm æqualibus nostris
maiora permitta sunt, aut posse pati, vel facere

quidpiam leuius, qui grauius antea gesserunt,
& similia, qualia sunt ista.

Noli tam esse iniustus, vt cùm tui fontes, *Pro M. N.*
vel inimicis tuis pateant, nostros riuiulos et-
iam amicis putes clausos esse oportere.

Ad hunc ipsum locum pertinent oratoria
gradationes, vt

Neque veid se populo solum tradidit, sed
etiam Senatui, neque Senatu modò, sed etiā
præsidij publicis, neque ijs solū, verū
eriam eius potestati, &c.

Sed videndum est, vt quæ comparantur e-
iusdem sint generis, neque enim qui potest
grauiissimum, copiosissimumque de omni re dispe-
rare, idē dicetur posse natare, cùm sit quid-
piam in natura rei minus.

Frequentiora sunt, quæ à minori ad ma-
ius ducuntur argumenta. Sic Lactantius à
Lactat. I. 5.
de origin.
err. c. 5.

An Archimedes Siculus concavu ære, si-
militudinem mundi, ac figuram potuit ma-
chinari, in quo ita solem, & lunam compo-
suit, vt inæquales motus, & cœlestibus simili-
les, conuersationibus singulis, quasi diebus effi-
cient, & non modò accessus solis, & recessus,
vel incrementa, diminutionesque Lunæ, ve-
rum etiam stellarum, vel errantium, vel va-
garum dispaes cursus, orbis ille dū vertitur,
exhiberet: Deus ergo illa vera non potuit ma-
chinari, & efficere, quæ potuit solertia homi-
nis imitatione simulare?

Quo in genere est illud Ciceronis maximè
figuratum.

Quod enim fierum? quem Euripum? rot-
motus, tantas, tam varias putatis habere agi-
tationes fluctuum, quantas perturbationes, &
quantos æstu habet ratio comitiorum.

Et Demosthenes nefarium esse probat. An-
ditionis nomen in sacris vasis inscribi, quod
in templum quidem cum ingredi, ob fla-
gitia, & libidine leges sinant:

*Kαὶ τὸ τῶμα ἡ ταργκότος, οὐχ ἔωσι, μ
οἱ νόμοι εἰστὰ ισραὴλίνει, τέττα τένομα σὺ
τοῖς ιεροῖς, ἐπὶ τῷ φάλαρε ἐπιτεργάζουμενοι.*

De inductione.

CAPUT LVI.

Inductio, quæ ab Aristotele ἵττων nomi-
natur, locupletissimum est similitudinis ge-
nus, in quo varia similia coacervati ad aliquā

Sen. epi. 51.

propositionem colligendam solent; ut
dubie aliquid ad corruptendum vigorem
potest regio. Quamlibet viam patiuntur iu-
norum, quorum durata in aspero vngula est.
In molli palustriique pascuo saginata, cito
subteruntur, & fortior miles ex fragore
venit; sognis est urbanus, & verna. Nullum
laborum recusat manus, quae ad arma ab a-
rato transferuntur; in primo deficit pulchritudine
ille vnguis, & nitidus.

Quorsum tot similia tam acutè vibrata?
nisi illud colligat: senior loci disciplina fir-
mat ingenium.

Inductio igitur, ut vides, à parabola, & ex-
emplis non differt, nisi quod illa uno dunta-
xat claudi, hæc non nisi multis similibus
perfici, comprehendique potest. Alioqui pa-
rabolas tum naturales, tum morales, & commis-
generis exempla complectitur.

Hæc ad confirmandam resurrectionem ex
natura ducta sunt.

Tert. Apol.
c. 48.

Lux quotidie imperfecta resplendet, & te-
nebra pari vice decadendo succedunt. Sydera
defuncta viuescant; tempora ubi fluiuntur
incipiunt, fructus consummantur, & redeunt.
Certe, semina non nisi corrupta, & dissoluta,
secundius surgunt. Omnia pereundo seruantur,
omnia de interitu reformantur.

Pulcherrima
ma indu-
strio per
vixipariv.
Tertul. in
Apol. c. 12.

Hæc quæ sequitur artificiosè per vixipariv collecta, in qua ostendit omnia, quæ in Chri-
stianos exercenter supplicia, in idola ab ipsis
Ethnicis usurpari, Crucibus, & stipibus im-
ponitis Christianos, quod simulachrum non
prius argilla deformat, Cruci, & stipiti super-
structi. In patibulo primum corpus Dei ve-
stri dedicatur. Vngulis deraditis latera Chri-
stianorum; At in Deos vestros per omnia mem-
bra validius incumbunt ascriæ, & runcinæ, &
seobinæ. Ceruices ponimus; ante plumbeum,
& glutinum, & gomphos, sine capite sunt Di-
xestri. Ad bestias impellimur, certè quas, Li-
bero, & Cybele, & Cœlesti applicatis. Igni-
bus vrimur, hoc & illi à prima quidem massa.
In metalla dannamur: inde censentur Di-
xestri. In insulas relegamur: solet & in insula
aliquis Deus vester, aut nasci, aut mori. Con-
cludit tandem, si per hæc constat diuinitas a-
liqua; ergo cum qui puniuntur, consecrantur,
& numina erunt dicenda supplicia.

Aliæ sunt morales, & valde populares,
quæ est ista D. Augustini.

Longam etiam malam nemo vult habe-

D. Aug.

re, nec ferre. Longam vitam malam penè o-
mnes volunt habere, vtique, si grāde est quod
viuinus, bonum sit omnium grande. Quid e-
qua mala
nī vis male, dic mihi? puto nihil in omni-
bus actionibus, cogitationibus, cupiditatib.
nihil male vis, terram malam non vis, se-
tem malam non vis vtique, sed bonam; bo-
nam arborem vis, equum bonū, seruum bo-
num, amicum bonum, filium bonum, vxorem
bonam. Et quid hæc magna, quoniam quidem
ipsam vestem malam non vis habere, sed bo-
nam. Postremò caligam non vis habere nisi
bonam. Aut da mihi aliquid te velle, quod
malum est, solam animam vis habere mala.
Quid te ostendisti? quid de te tu ipse meru-
sti, non vis esse malum, nisi te solum.

Ex eo vult concludere, cum bonum esse o-
portere, qui omnia bona appetit.

Planè ista, que contortius vibrantur mul-
tim habent. & ad probandum quidpiam efficacissimæ sunt. Quæ longius
trahuntur in rebus præcipue notis, & com-
munibus, rædio sunt obnoxia.

Frequentes sunt apud Ciceronem, & De-
mosthenem exemplorū inductiones, in qui-
bus hæc temperies seruanda est, ut si fueri-
nota, & communia, quā celerrimè indica-
tis, ali quando solis nominibus expediuntur:
sunt habent aliquid melioris nota, trahenda ca-
runt longiusculè, quod tanien sine aurum
satietate fieri velim. Vide quibus acuminibus
ista vibratur apud Senecam, pro sepeliendo
sui homicida.

Omnibus natura sepulturam dedit. Nau-
fragos idem fluētus, qui expulit, sepelit, suf-
fixorum corpora crucibus in sepulturam su-
am defluunt. Eos qui viui vrrunt poena fu-
nerat. Irascere intersectori, sed misericere in-
terfecti.

De recto vsu similitudinis, & varia eius tractatione.

C A P V T L V I I .

Primò caendum est, ne similiū grata, vixit
qua solet esse popularibus præsertim au-
ribus illecebra, in nimiam fœcunditatem lu-
xuriet.

Vidi ego alias huius temporis scripto-
rum orationes retrectas similibus tam crebris,
vt imagines ipsæ impedimento essent, quo
minus res dilectionis oculis, atque inter-
noxi.